

dicitis, recte inferimus, eos non de quounque adventu Christi, sed tantum de adventu in carne passibili, loqui voluisse. Est etiam innegabile, similes limitationes, seu restrictiones dictorum, debere sapientissime admitti praesertim, ut dicta Patrum inter se, aut cum aliis concilientur.

Dices 3. Hac ratione posset etiam simpliciter dici: *Christus non resurrexit*: subintelligendo in carne passibili, in qua non resurrexit: sed hoc non potest impliciter dici: ergo. Resp. cur juxta adversarios non potest idem dici, subintelligendo publice? nam etiam Christus publice non resurrexit: quia tamen particula publica debet, etiam juxta ipsos, subintelligi in propositione paulo ante adducta: *Ego autem non ascendo ad diem festum istum*. Nempe in quibusdam propositionibus, que vel ob auctoritatem, vel ob rationem, debent tanquam vera in aliquo sensu admitti, debent quandoque aliqua, que vel ex nota intentione loquentis, vel ex alijs circumstantiis extrinsecis, desumuntur, subintelligi, ut scilicet ex propositiones, cum auctoritate, vel ratione apparerent contraria, possint concordari.

Et sic in propositione superiori: *Ego autem non ascendo etc.* debet subintelligi publice; tum quia alias huic est contraaria alia propositio ibidem v. 10. Et ipse ascendit ad diem festum; tum quia id desumitur ex intentione Christi loquentis, & circumstantiis, in quibus loquebatur. Pariter, cum propositio: *Christus non venisset, si Adam non peccasset*: debeat, propter aliquorum Patrum auctoritatem, tanquam vera in aliquo sensu admitti, debet in ea subintelligi in carne passibili; tum, ne opponantur aliis SS. Patrum dictis: tum etiam, quia id colligitur ex intentione loquentium, & circumstantiis, in quibus loquebantur, & ex verbis praecedentibus, vel subsequentibus, ut videtur est in ipsis textibus Patrum supra adductis, & etiam ex n. 278. At vero propositio: *Christus non resurrexit*: non debet ex illa auctoritate, aut ratione admitti, tanquam in aliquo sensu vera; quia nemo eam adstruit: & hinc nec intentio loquentis, nec circumstantiae illae exigunt, ut aliquid simile in ea subintelligatur, in forma, neg. ma. dispositio facile colligitur ex modo dictis.

290. Ob. 10. Christus non venisset, nisi habiturus fuisset nomen, quod est super omne nomen, ad Philipp. 2. v. 9. atqui hoc non habuisset, nisi fuisset obediens usque ad mortem, & consequenter passibilis: ergo non venisset, nisi passibilis, adeoque non nisi Adamo peccante. Confirm. Certeum est. Christum venisse propter homines redimendos: ergo, si etiam venit propter se, seu propter excellentiam mysterii, habuit duos fines totales sui adventus: atqui hoc est impossibile: ergo. prob. subsumpt. impossibilis est duplex causa totalis physica in actu secundo: ergo etiam duplex causa finalis totalis; qualis daretur in nostro casu, ut patet consideranti.

Resp. dist. ma. Christus non venisset,

nisi habiturus fuisset nomen super omne non men, seu nomen Redemptoris reparativi, neg. ma. nisi habiturus fuisset nomen super omne nomen naturalis Filii DEI, & capititotius mundi &c. conc. ma. & dist. sic mi. neg. conf. Si Christus venisset, Adamo non peccante, non quidem potuerit esse Redemptor reparativus: potuerit tamen esse Redemptor præservativus: & habuisset etiam tunc substantiali exaltationem ad supremam dignitatem. verbo: fuisset DEUS homo. ergo. Resp. cur juxta adversarios non potest idem dici, subintelligendo publice? nam etiam Christus publice non resurrexit: quia tamen particula publica debet, etiam juxta ipsos, subintelligi in propositione paulo ante adducta: *Ego autem non ascendo ad diem festum istum*.

Nempe in quibusdam propositionibus, que vel ob auctoritatem, vel ob rationem, debent tanquam vera in aliquo sensu admitti, debent quandoque aliqua, que vel ex nota intentione loquentis, vel ex alijs circumstantiis extrinsecis, desumuntur, subintelligi, ut scilicet ex propositiones, cum auctoritate, vel ratione apparerent contraria, possint concordari.

ARTICULUS V.

Aliqua Questia buc spectantia.

291. Quæres hic 1. An Christus venisset, in carne passibili, ut redemptor reparativus, si tantum commissum fuisset peccatum originale. Resp. cum Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 5. sec. 6. f. Et ex his, Lugone de incarnatione, n. 51. & alii communiter, affirmativa. Ut enim S. Thomas 3. p. q. 1. a. 4. in corp. habet, *Christus principalius venit ad tollendum originale peccatum, in quantum bonum gentis Divinus, & eminentius est, quam bonum unius*: adeoque principalius venit propter peccatum originale, quam propter actualitatem; quia originale peccatum est extensivè maius, & inficit totam naturam humana, ad quam reparandam venit Christus. Quamvis autem etiam actualitas peccata ferme totam naturam inficerint, tamen originalis fuit radix actualium, & privavit hominem originali iustitiae, ac reliquit eum in ordinatum, sive affectibus subjectum &c. Dein Christus variis in locis opponitur Adamo, & dicitur, quod, sicut hic corruptiatur,

Aliqua questia buc spectantia.

82

originaliter, & nostro libero arbitrio, contraxeramus, restituenda, à secreto Patrii, arcaneque prodisse. Plura alia passim suggurgent auctores.

QUESTIO II.

De Malitia Peccati.

ARTICULUS I.

An Malitia Peccati Mortalis sit infinita.

292. Quæres 2. An, si Adam non peccasse, artamen peccassent alii homines, ut tunc possibile fuisset, Christus venisset passibili. Respondet Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 5. sec. 6. f. Ad illa breviter. & Lugo de incarn. disp. 7. sec. 5. n. 61. si tantum pauci peccassent, ut in eo statu contigisset, non talem venerum fuisse Christum vi presentis decreti: idque Lugo contendit probare ex illo, quod Ecclesia canit Sabbatho Sancto: *O certe necessarium ad peccatum, quod Christi morte delatum est!* Sed ratio fors melior est; quia, si tantum pauci peccassent, non fuisset infecta mortaliter tota natura, sed potius mansueti integra, & yenit ad suam finem beatitudinis. Quodlibet tamen quis fingat, majorem hominum partem lapsum, tunc Christus venisset passibili; quia, ut ait Suarez loco cit. est, moraliter eadem necessitas, quæ nunc est, & natura diceretur lapsum: quod idem docet Lugo cit. disp. n. 63.

Neque his objici debet, quod Christus quemlibet hominem eo affectu redemerit, ac si solus redimendus esset, adeoque propter quies in individuo passibili venisset; nam (ut ait Suarez sec. modo cit. & Obiici) habuit Christus ut homo illum affectum, sed subditum ordinatione Divina, patratus id facere, si DEUS ordinaret: qui tamen, si pauci tantum peccassent, id non sufficeret ordinaturus. Idem responderi potest, si obiciatur revelatio illa notissima, S. Carpo facta, cui scilicet Christus Dominus revelavit, se paratum esse, ad iterum patientem, si necessarium id foret pro salute, vel unius animæ. Nec propterea minus obligati sumus Christo; quia tamen singuli tam perfectè redempti sumus, ac si soli fuissent: quod solidum indicat S. Paulus ad Galat. 2. v. 20. dum ait de Christo Domino: *Dilexit me, & tradidit semipsum pro me*. ita hunc locum explicant S. Chrysostomus. S. Anselmus, & S. Augustinus apud Suarez loco citato.

293. Quæres 3. An Christus Redemptor defacto venerit, ut satisfaceret, non tantum pro originali peccato, sed etiam pro actualibus. Resp. certissimum venisse ad satisfacendum, tam pro illo, quam pro istis, & DEUM etiam satisfactionem, tam pro illo, quam pro istis intendisse. sic 1. Joan. 1. v. 7. dicitur: *Sanguis JESU Christi Fili ejus emundans nos ab omni peccato*. & 1. ad Timoth. 1. v. 15. *Christus JESUS venit in hunc mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum*. item Matth. 18. v. 11. *Venit enim Filius hominis salvare, quod perierat*. Concilium quoque Toletanum VI. c. 1. si ait: *Solum Filius fatetur, ad redemptionem humani generis, propter culparum debitum, quia ver inobedientiam Ad*

damo, & dicitur, quod, sicut hic corruptiatur,

Dico malitiam simplificiter infinitam; nam potest dici, peccatum habere malitiam infinitam secundum quid, quatenus pro termino habet DEUM offendit infinitum, & meretur etiam peccatum in extensione, sicut syncategorematice infinitam: quarumque amor erga DEUM suo modo dici potest infinitus, ratione termini amati, & visio beatifica ratione durationis. Prob. conclusio. Si peccatum mortale effet infinitum, tunc effet tale, vel in numero, vel in intentione, vel in perfectione, seu quasi perfectione, aut potius imperfectione: nihil horum potest dici: ergo. prob. mi. in eo genere aliquid non est infinitum, in quo est capax augmenti: atque in omnibus supra dictis peccatum mortale est capax augmenti: ergo.

Ma. eff. clara; quia infinito nihil potest addi, in ea ratione, in qua est infinitum, ut suppono ex philosophia, mi. prob. in primis quoad numerum, & intentionem, res est clara; cum utique semper plura, & intensiora peccata fieri queant: & eadem res quoque est clara quoad extensionem; quia semper potest dari peccatum, habens plura objecta, in qua diffinitè tendat. Sed neque negari potest, quod peccatum mortale capax sit augmenti, etiam quoad imperfectionem, seu malitiam, sive quatenus est offendit DEI; quia unum peccatum mortale est maior altero, sic Christus Dominus dicit Pilato *Ios. 10. v. 11. Qui me tradidit tibi, maior peccatum habet*. Habuit tamen etiam Pilatus peccatum, ut tradit S. Augustinus enarrat. in Psal. 63. ante medium dicens: *Quod fecit Pilatus, in eo ipso quod fecit, aliquantum particeps fuit: sed in comparatione illorum, multo ipse innocentior*. Insuper, quod unum peccatum sit maior altero, aperte docet S. Thomas 1. 2. q. 73. a. 2. in corp. aiens: *Dicendum est, quod non omnia peccata sunt paria*. & in 4. disp. 17. q. 2. a. 3. questione 3. ad 2. ait: *Qui dolet de hoc, quid DEUM offendit, de diversis implicitè doles diversimode secundum quod pluri, vel minus, per ea DEUM offendit*.

Sed non opus est huc probatione: res est omnibus Catholicis clara, quod unum peccatum sit maius altero.

Ex hoc etiam habetur, nullum esse pos-
sibile peccatum infinita malitia; quia fer-
per ea possibile magis, aut gravius: quod
ulterius confirmatur sic. Gravitas peccati
etiam commenatur cognitioni bonitatis
Divinae offendit: at quia nulla cognitione creata
est tanta, ut non possit dari major: ergo
prob. ma. qui nullo modo cognoscit, DELIM
per actionem suam offendit, non peccat:
qui id tantum imperfete cognoscit, ut in
semifommo, non peccat mortaliter: qui magis
cognoscit, magis peccat: ergo malitia
peccati etiam commenatur cognitioni.

295. Respondent adverfarij I. peccatum esse infinita malitia, quatenus involvit DEUM pro forma physica, vel morali: simul distinguunt inter offensam affectivam, & effectivam DEI: illa, ajunt, est effectus offendendi DEUM, nec tamen DEUM verè offendit, nec est infinita: hæc vero est effectus, quo DEUS verè offenditur, ac est infinita. Sed in primis hæc distinctio est fruituaria; nam omnis offensa affectiva

297. Ulterius, dabo, & non concedeo, quod DEUS, seu dignitas DEI, sic formam peccati, seu offensae, non reddit tamen peccatum infinitè grave, sicut ipsa est in infinita; alias enim omnia peccata essent æqualiter gravia, sicut omnia merita Christi sunt æqualia, (ut bene urget Lugo de incarnatione, disp. 5. sec. 3. n. 26.) quod dicimus potest ex n. 294. Quare, ut ita dicamus, DEUS, ut constitutas iuxta adversarios peccatum, limitatur per cognitionem: qui

296. Dein falso est, quod peccatum involvit DEUM, tanquam formam; nam tantum respicit illum, tanquam terminum. Prob. hoc. Peccatum stat in actu, factio cum advertentia ad legem DEI graviter prohibet, vel in omissione, cum advertentia ad legem graviter precipitentem: neutrum involvit DEUM pro forma: ergo, majorem si negent adverfarij, probent plus requiri. ni. videtur patere: unde S. Thomas q. 2. mala a. 9. ad s. 1. ait: Peccatum essentia- lister finitum est, licet habeat aliquam ha- bitudinem ad bonum infinitum. & 3. p. q. 1. a. 2. ad 2. ait: Peccatum contra DEum com- missum quadam infinitatem habet ex in- finitate Divinae maiestatis.

Ubi notandum, quod dicat quandam infinitatem, hoc est, secundum quid, ratione termini, quem respicit, scilicet ratione majestatis Divinitatis. Hinc non est parvitas inter meritum Christi, quod constituitur per dignitatem Verbi, & inter peccatum; nam Verbum est physicè unitum humanitati, & constitutum cum ea unum suppositum, cui actiones tribuantur: & à quo significantur: insuper Verbum immediate constitutum meritum actionis, ut inferius dicimus: nihil tale est in peccato; nec enim peccans est unitus DEO, sed tantum cognoscit DEUM: neque suppositum Divinum constitutus peccatum.

Dices. DEUS constituit actum primum proximum ad peccatum, adeoque (*juxta sententiam adfrumentum libertatem actui extrinsecam, quam etiam tradi traxit. de act. hum. a n. 127.*) DEUS constituit libertatem peccati: sed libertas peccati intrinsecè constituit peccatum: ergo. R esp. om. ma. (nam dignitas DEI formaliter sumpta non constituit actum primum proximum ad peccatum, sed tantum ejus cognitio) dist. mi. libertas constituit peccatum, quiditative, vel concretive fūlumpum, conci- mi.

denominative sumptum, seu id, quod de nominatur malum, neg. mi. & conf. Illud quod denominatur malum, est sola actio libera, & disformis pracepto: haec autem non constituitur ex DEO. Potest quidem omitti, quod peccatum ut liberum, concretive, fei quidditatively acceptum, dicatur ipsum DEUM, sicut actus ut disformis legitimic etiam ipsam legem: sed peccatum ut liberum concretive, vel quidditatively acceptum non est totaliter malum, sed tantum partialiter, seu secundum unam tantum partem, qua pars non constituitur ex DEO. Vide tract. de virt. Theol. à n. 3.

297. Ulterius, dabo, & non concesso, quod DEUS, seu dignitas DEI, sit formae peccati, seu offensae, non reddit tamen peccatum infinite grave, sicut ipsa est in infinita; alias enim omnia peccata essent aequaliter gravia, sicut omnia merita Christi sunt aequalia, (ut bene urget Lugo de incarnatione, disp. 5. sec. 3. n. 26.) quod dicimus potest ex n. 294. Quare, ut ita dicamus, DEUS, ut constituit, sive juxta adversarios peccatum, limitatur per cognitorem; qui enim nullo modo cognoscit, DEUM offendere suum actum, nullo modo peccat, & quantum cognoscit, vel apprehendit, DEUM evitare offendit, vel etiam, qui id cognoscit tam imperfecte, ut raro se pavet.

nam imperfete, ut tantum legeatur
emeliberatus affectus, tantum venialiter
peccat, ut *ibidem* dictum: adeoque faltem
ro diversitate cognitionis, etiam DEUS di-
versimodè est forma peccati: seu diversimodè
est constitutus peccatum: cum igitur cogni-
tio creata semper sit limitata, semper etiam
DEUS tantum limitate constitutus peccatum,
et adeò hoc semper sit finitum. Confirm.
DEO magis displicet unum peccatum, quam
terum, e.g. odium formale DEI magis ei-
displicet, quam cogitatio impura: ergo u-
num peccatum est maius altero, adeoque
DEUS non omnia exqualiter constituit: er-
ea ea constitutis diversimodè pro varietate
cognitionis, & objectorum: que, cum
semper sint limitata, etiam DEUS semper
constitutis peccatum modo limitato.

298. Respondent alij 2. peccatum mortale quolibet affective destruere DEUM: ac autem esse malum infinitum. Sed contra est. Hoc non est verum de omni peccato: imo peccator sepe vult, DEUM exire; cum sine ipso nihil posset agere. Accedit, quod sine destructione DEL ^{te} pessimum peccator possit suum finem affequi: ergo et equivalenter vult destructionem DEL.

An Malitia Peccati Mortalis sit infinita.

Unde, quando concionatores, vel asceta, familia dicunt, de quovis gravi peccato, intelligi debent in sensu valde lato, quatenus feliciter peccatum gravissimum injuriam DEO infert, dum cum quasi spoliat predicatorio ultimi finis, atque ipsis, & ejus amicitiac, hic, & nunc, aliam rem praeferit: quia ratione in sensu aliquo latiore defrustrum in DEO rationem ultimifinis, & sic aliquo modo ipsum DEUM.

Addē, quod etiam actus, quo quis formaliter velle DEUM destruere, tamen non esset infinita malitia; quia tantum effector affectiva destrutio DEI, & limitaretur hic actus a limitata cognitione: sicut etiam actus volens occidere infinitos homines, non est infinitus: & vicissim actus charitatis volens, quantum est in se, DEUM ponere, elque tribuere rationem ultimi finis, etiam non est infinitus.

Nec dicas, non posse aliter explicari, quomodo malitia offendit mortalis sit major quolibet obsequio, a pura creatura exhibito; nam hoc inferioris explicabimus absque eo, quod DEUS sit forma peccati: scilicet ex eo, quod offensa crescat ex dignitate offensis: econtra obsequium decrebat ex dignitate honorati. Dein, sicut actus charitatis est estimabilior, quam actus fidei, non ex eo, quod bonitas Divina sit forma illius, et non hujus (nam neutrius est forma; alias, sicut forma actus charitatis esset, bonitas DEI, ita forma actus fidei esset veritas DEI, bonitatis equalis) sed ex alio capite, nempe ratione motivi, vel perfectioris, vel perfectius attracti: aut ratione intentionis, vel modi tendendi: ita etiam potest esse peccatum in suo genere gravius, quam quodvis obsequium DEO exhibutum, quin DEUS sit forma illius.

299. Respondent alij 3. faltem vilitatem peccantis esse infinitam, & hanc efformam peccati, con sequenter ipsum peccatum esse infinitum, ratione istius vilitatis. Sed contra est. Si vilitas intrinseca cuiusque creaturae est infinita, non potest una creatura esse imperfectior altera, nisi dicatur, unum infinitum esse majus altero, quod est absurdum. Directe respondeo, vilitatem esse duplicem. Una est *vilitas intrinscena*, altera *extrinscena*. Prior, seu *vilitas intrinscena* sunt praedita ipsius creaturae: & haec non sunt infinite villa; quia semper possunt dari creature viiores; unde, quamvis omittatur, quod hac vilitas confluat peccatum, tamen istud ex hoc capite non erit infinitum. Altera, seu *vilitas extrinscena* est negatio pura perfectionum infinitarum, que dantur in DEO, & non in creatura: haec villitas autem non constituit peccatum; quia est aliiquid prorsus extrinsecum peccanti: & alias etiam veniale peccatum est infinita malitia; tum quia etiam peccans venialiter esset infinite vilis; tum quia ipse actus eius, utpote etiam habens negationem infinitarum perfectionum Divinorum, esset infinite vilis.

vol. Tom. II.

89

300. Dices. Ita vilitas constituitur ex comparatione creature cum DEO, sive ex imperfectionibus creature, & perfectionibus DEI: ergo est infinita. Rer. diff. ant. constituitur ex his ita vilitas quidditative sumpta. conc. ant. denominative sumpta. neg. ant. & cons. sicut scilicet musca minor elephante constituitur etiam ex magnitudine elephantis, sed tantum quidditative, non vero denominative sumpta. At vilitas quidditative sumpta non constituit offendit, sed ad summum eam constituit vilitas denominative sumpta.

Alij negant, quod vilitas ista, etiam tantum denominative sumpta, constitutat offendam, quod probant sic. Offensa stat in actu ipso peccaminoso, facto cum advertentia ad dignitatem offendendi, vel cum cognitione istius: non autem stat in actu, facto cum advertentia ad indignitatem, seu vilitatem offendentis: ergo. Supponunt autem, offendam per se non fieri cum advertentia ad indignitatem offendentis; nam potest utique contingere, ut quis ad hanc se refrechat: quo casu tamen vilitas influeret, non ut est in se, sed ut est per cognitionem limitata, sicut dictum est de dignitate DEI. n. 297. Sed neque major estimatur offendita a viliori, nisi quatenus ex vilitate offendenti argumentetur major respectiva dignitas

ARTICULUS II.

Solvuntur Objectiones.

301. **O**b 1. Honor stat in hono-
rante ergo etiam offensia stat
in offendo: ergo DEUS of-
fensus constituit offensam. Confir. DEUS
est subiectum morale offensa: ergo est forma
audem, eamque constituit. Relp. neg.
ramque conf. Axioma illud tantum signi-
cat, quod honor etiam perficiat honoran-
tum; quia ostendit, ipsum laudabiliter
gere: nil tale est in offensa respectu offend-
enti, & adhuc minus offensus constituit off-
ensam, sed tantum eam moraliter recipit.
d confirm. neg. conseq. Materia etiam est
subiectum animae, & quidem physicum, non
autem est forma animae, nec animam con-
stituit. Per subiectum morale autem huc
intelligi non potest, quoniam quod DEUS
id, in quod tendit peccatum, seu sit id,
quod per peccatum inhonoratur.

302. Ob. 2. Licet DEUS ut constituerit offendam suo modo limitetur a cognitione, tamen adhuc offendam reddit infinitam: ergo ruunt dicta n. 297. prob. ant. cognitione limitans DEUM, est in ordine inferiori ad DEUM ita limitatum: ergo potest DEUS, adhuc ut constituerit offendam, manere infinitus. prob. ant. cognitione illa est indifferens, ut conjungatur cum offensa, & sit in ordine superiori: vel, ut conjungatur cum obsequio, & sit in ordine inferiori (nam

obsequium erga DEUM est in longè inferiori ordine, quam si offensa DEI ergo.

Hæc objectio satis obscure proponitur: ut autem declaratur, notandum, ante omne peccatum præcedere cognitionem, seu iudicium indifferens, quo proponitur bonum, & malum. Si jam homo faciat bonum, tunc facit aliud in suo genere inferiori, quam, si faciat malum: sed interim cognitione manet eadem, nec ipsa in se est peccatum, nee bonum opus; unde gratis supponitur, quod cognitio, modò sit in ordine inferiori, modò in superiori: ad summum, complexum ex cognitione, & peccato, est aliud superiorius: ex quo tamen non sequitur, quod cognitionis sumpta sit superior.

In forma jam ad objectionem neg. ant. ad prob. conc. ant. & neg. conf. hoc enim nihil aliud est dicere, quam, quod iudicium indifferens sit in inferiori ordine, quam sit peccatum, cuius (ut n. 297. omisimus) DEUS ut limitatus est aliquo modo forma: sive est dicere, quod hoc complexum, DEUS ut cognitus constitutus peccatum, sit aliud amplius, seu superiorius, sive iudicium indifferens: ex quo minime sequitur, DEUM constituentem peccatum esse infinitum; qualis enim est hæc sequela? Et aliquid superiorius: ergo est infinitum. ad prob. 2. antecedentis neg. ant. quia cognitione in se manet eadem quamvis complexum ex cognitione, DEO, & peccato, sit aliud superiorius complexo ex eadem cognitione, DEO, & obsequio. conf. etiam est nulla, ut paret consideranti.

Dices 1. Limitum cognitionis non impedit, quo minus DEUS, ut constitutus peccatum, sit in ordine superiori: ergo neque impedit, quo minus maneat infinitus. Resp. neg. conseq. nam, quamvis limitatus cognitionis non excludat lineam superiorem in genere finito, tamen excludit infinitatem: & in hoc stat proportio, ut vocatur, geometrica, ut DEUS extra lineam infinitam, ut ita dicam, extrahatur: econtra vero actus offendivis ratione DEI attollatur; qui actus longè est in inferiori, si non tenetur in DEUM: juxta adversarios autem est propositio omnino arithmeticæ, & omnia peccata essent æqualis, quod est falsum. Cui hac solutio videtur difficultior, potest expeditius negare suppositum, ex dictis n. 296. & dicere, quod DEUS nullo modo offenditum constituit.

Dices 2. Actiones Christi, licet in se sint finitas, & limitantur ad essentia sua, tamen actiones creatae, tamen redduntur infinita à Verbo: ergo etiam DEUS, licet limitetur per cognitionem, tamen potest adhuc ut infinitum constitutere peccatum, illudque infinitum reddere. Resp. neg. suppositum. Actiones Christi in abstracto, sive præcisè in se spæctata, semper manent finitas: at ipsæ non sunt totum meritum, ut infra dicimus: sed alterum constitutivum meriti est etiam Verbum, & quidem constitutivum ipsi merito intrinsecum. Nec tantum constituit merita Verbum ut cognitum (sicut tamen ad summum potest dici DEUS

ut cognitus constitutere peccatum) sed per se immediatè; unde non est, à quo limitatur infinitas meritorum. At vero per cognitionem finitam sufficienter limitatur DEUS, qui non nisi ad menturam cognitionis peccatum constituit, ut dictum n. 297. si tamen DEUS peccatum constitutus; hoc enim facilius negatur, quam probetur, ut dictum n. 296.

303. Ob. 3. Gravitas offensis crescit ex dignitate offensis: sed DEUS offensis est infinitus: ergo offensa DEI crescit in infinitum. Confirm. 1. Offensa DEI superat offensam hominum, quantum DEUS superat homines: sed DEUS superat homines infinitè: ergo etiam offensa DEI superat offensas hominum infinitè, adeoque est infinita. Confirm. 2. Si essent personæ perfectiores, & perfectiores in infinitum, tunc etiam offensis illarum essent graviores, & graviores in infinitum: sed offensa DEI superat gravitate sua omnes illas offensis: ergo est gravior in infinitum. Hoc argumentum vocatur calculatorum, & utique est molestum: retorqueri tamen potest clare in actu amoris Di. Actus amoris etiam crescit ex dignitate amati: sed DEUS amatus est infinitus: ergo actus amoris DEI crescit in infinitum.

In forma dist. ma. gravitas offensis crescit proportione arithmeticæ, neg. ma. proportione, ut vocant, geometrica, conc. ma. & conc. mi. neg. conseq. Proportio arithmeticæ hic vocatur, quæ est æqualis, ita, ut, si unum crescat uno gradu, vel duobus, etiam alterum crescat uno, vel duobus gradibus: e.g. si statuta hominis crevit palmo, etiam vestis palmo crescere debet. Proportio geometrica videatur hic sumi in alio sensu, quam cum sumunt mathematici, & juxta hos proportioni, à Theologis dicta geometrica, forte deberet dici irrationalis, seu incomensurabilis, & datur tunc, quando crescente uno crescat quidem etiam alterum, sed non certa proportione, nec ita, ut unum tantum crescat in suo genere, quantum alterum in suo, sed tantum aliquo augmento, ut ita dicam, incomensurabilis: sic crescente perfectione objecti crescit etiam perfectio offensis: nunquam tamen ita, ut commensuretur infinito DEO, sed ita, ut semper maneat in linea inferiori finita.

304. Ad 1. confirm. neg. ma. ex modis dictis. Ad 2. confirm. retorq. 1. argumentum in amore erga istas personas, ac DEUM. Resp. 2. neg. suppositum, quod sint possibles semper perfectiores, & perfectiores personæ, ita, ut aliquando actu exitur sint infinitæ, sed semper manebunt finitæ. Pariter etiam offensis talium personarum manebunt finitæ; alias, cum etiam possibles sint creature perfectiores, & perfectiores homine,

synca-

syncategorematice in infinitum, quin attingant e. g. speciem supremam Angelorum, etiam offensa Angeli ex illa specie esset infinita, quod nec adverarii admittent.

Resp. 3. dist. ma. offensis illarum personarum essent graviores in infinitum categorematicè, ita, ut actu detur infinita gravitas, neg. ma. syncategorematice tantum, ita ut superarent quidem offensis omnes precedentes, sed tamen semper sistendo in gravitate tantum finita, quamvis ulterius augibili. conc. ma. & conc. mi. neg. conf. Ex hoc autem tantum sequitur, quod tales offensis talium personarum superent gravitate infinitam, tamen fore malitia infinita, sicut habeant ut homo ad infinitas creaturas possibiles inferiores. Sanè, sicut homo non est infinitè perfectus, sed tantum in superiori ordine, e. g. respectu equi, licet inter equum, & hominem, sint possibles creature perfectiores, & perfectiores, syncategorematice infinita, ita neque sunt infinitæ tales offensis. Eodem autem modo offensa DEI est quidem major omnibus offensis omnium creaturarum, seu est in ordine adhuc superiori: ut non est infinita; longe enim aliud est, esse tantum in ordine superiori, quam esse infinitè perfectum, vel imperfectum, ut notum est ex philosophia.

305. Ob. 4. Peccatum mortale mereatur penam infinitam: ergo etiam ipsum est infinitum. prob. conf. causa effectus infiniti debet esse infinita: ergo. Resp. 1. retorq. arg. opus bonum meretur primum infinitum, scilicet beatitudinem aeternam: ergo etiam debet esse infinitum. Ait quidem Hurtadus, nos non mereri ipsam aeternam beatitudinem: cum non merearum perseverantiam, cui annexa est aeternitas beatitudinis: sed recte responderet Haunoldus l. 4. tr. 1. n. 6. nos non minus mereri conditionate aeternitatem gloria, quam penam; nam etiam tantum perseverantia in malo est annexa pena aeterna. Dein perseverantia in bono, quatenus tantum dicit negationem averionis à DEO, & conversionis ad malum, nil meretur, nec etiam premiatur: quatenus autem dicit continuationem operum meritoriorum, dicit nostram merita, & itam aeterno preämio remuneratur DEUS: certè Tridentinum clare dicit, nos mereri vitam aeternam.

Retorq. 2. arg. Angelus, & anima rationalis exigunt durationem infinitam, & tamen non sunt entia infinita: item anima rationalis est finita, & tamen producit peccatum infinitum: ergo effectus infinitus non exigit semper causam infinitam, in forma om. ant. & neg. conf. Dixi: om. ant. quia potest negari, quod poena inferni sit simpliciter infinita; quia in intentione est finita: in duratione est tantum syncategorematice infinita.

306. Rationem ulteriorem negandi conseq. dat Gormaz de incarn. n. 356. itam, nempe quod causa moralis, qualis est peccatum, operetur per suam vim moralem, seu compensabilitatem: offensa autem DEI

nequit compensari à creatura, nisi per penam in duratione syncategorematice infinitam; quia nulla poena, fatispassio, vel satisfactio finita potest à creatura ponи æqualis offensa DEI, ut infra dicimus; unde semper manet adhuc aliud solvendum de poena, & qui dem per totam aternitatem.

Nec dicas, omnipotentiam DEI, et si non possit producere effectus categorematicè infinitos, sed tantum syncategorematice infinitos, tamen esse infinitam: adeoque etiam peccatum, et si non mereatur penam categorematicè, sed tantum syncategorematice infinitam, tamen fore malitia infinita; nam aliter se res habet in omnipotencia DEI, qua est causa physica omnium effectuum, & omnes effectus creatos continet modo infinito; quia ipsa est intrinsecè prædicatum infinitum, & se ipsa independenter ab omni causa superiori omnia potest operari, & propterea est infinita: non autem est infinita, quia tantum potest producere syncategorematice infinita; nam etiam Angeli, & anime immortales, possunt effectus syncategorematice infinitos producere, quin sint infinita potentiae; coquid fuos effectus tantum contineant modo finito.

307. Ex occasione hæc addo ex Cardinale de Lugo de incarnatione, disp. 5. sec. 3. n. 26. infinitum indivisibile in perfectione (vel malitia) esse illud, quo maius excoigitari non potest; cum enim tale infinitum partes non habeat, non potest ejus infinitudo defini ex carentia finis, seu termini intrinseci, sicut id fieri posset in infinito quantitatis divisibili, si daretur sed debet infinitudo infiniti indivisibilis defini ex carentia etiam termini extremitati, ita, ut nulla sit excoigitabilis perfectio alia distincta major in ea linea, in qua aliquid indivisibile infinitè perfectum est. Et sic qualibet perfectio Divina est infinita, & qualibet meritum Christi est infinitum; quia in ratione e. g. potentie producendi, nulla est excoigitabilis major perfectio, quam sit omni-potentia: & pariter in ratione meriti nihil est excoigitabile maius, quam meritum Christi. Par est ratio de infinitudine imperfectionis vel malitiae; nam et ita exigit, ut non sit excoigitabilis major imperfectionis, vel malitia: & hinc, quia quovis peccato excoigitabile est aliud maius in malitia, nullum est malitia infinita.

308. Dices. Satisfactio Christi, quia satisfecit pro peccatis syncategorematice infinitis, est infinita: ergo etiam debitum, seu reatus penam syncategorematice infinitam, est infinitus. Confirm. Satisfactio Christi, non tantum debuit esse in ordine superiori, sed infinita: ergo etiam peccatum non tantum est in ordine superiori, sed est infinitum. Resp. neg. ant. alias etiam Angelus, potens producere actus syncategorematice infinitos, efficit infinitus; unde causalis quia non est vera: sed ideo satisfactio Christi fuit infinita; quia constituebat ex dignitate infinita Verbi, de qua re infra.

Ad. confirm. neg. ant. non enim ob exig.

M 2

exigentiam peccati, seu ejus infinitudinem, debuit satisfactio pro ipso esse infinita; si enim aliqua finita potuisse esse in ordine aequali cum offensa DEI, ita sufficiens fuisse: at nulla satisfactio creata potuit esse in eodem ordine cum offensa DEI, vel huic aequalis, ut probabitur infra n. 317. adeo nec necessaria fuit satisfactio DEI-hominis: que cum necessariis sit infinita, quasi per accidentem necessaria fuit satisfactio superabundans, seu infinita, videatur Gormaz de incarnatione. n. 369. & 370.

309. Ob. 5. DEUS per quodlibet peccatum offenditur, quantum offendibilis est: ergo infinita, prob. ant. per quodlibet peccatum tollitur ad DEO ratio ultimi finis: sed non potest DEUS magis offendiri: ergo. Confirm. Peccatum est affectiva destruictio DEI: sed destruictio rei est tam mala, quam bona est res destruicta: ergo peccatum est tam mala, quam bonus est DEUS: ergo est infinitè malum. Resp. sic etiam DEUS amaret infinitè per actum charitatis; quia per hunc homo DEO vult rationem ultimam: in forma neg. ant. ad prob. dist. ma. tollitur ratio ultimi finis magis, vel minus intense, vel ex peiori, aut minus male motivo &c. conc. ma. semper eadem intentione, & ex eodem motivo &c. neg. ma. & dist. sic mi. neg. conseq.

Ad confirm. neg. ma. ex n. 298. & etiam neg. mi. nam affectiva tantum destruictio DEI limitatur ex cognitione. Deinde destruictio rei potest aliquando illi majus malum, quam bonum sit res destruicta: sic peccatum est majus malum, quam bonum sit gratia, per id destruicta: econtra quando gratia destruit peccatum, tunc destruictio est minus bonum, quam malum sit res destruicta: unde non debent esse aequalia, & minime debent esse aequales, & destruictio tantum affectiva DEI: sicut affectiva positio DEI, sive dilectio charitatis, etiam juxta adversarios non est tam bona, quam bonus est DEUS.

310. Ob. 6. Peccatum mortale quodlibet meretur privationem unionis hypothisticae, beatitudinis cuiuscunque possibilis infinita, ac bonorum infinitorum: ergo est infinitè malum. Hoc argumentum iterum est solvendum adverlaris; nam etiam peccatum veniale est incompossibile cum unione hypothistica, ac beatitudine, quamdiu non remittitur, in forma neg. ant. Peccatum mortale meretur poenam: at privatio unionis hypothistica non est poena; nam illa tantum privatio est poena, que privat bono debito, quod aliquis haberet, si non peccasset: talis non est privatio unionis hypothistica; alias B. Virgo pateretur poenam ineffabilem.

Dices 1. Peccatum mortale saltem privat beatitudine infinita: ergo. Resp. neg. conf. Hac ratione etiam meritum erit infinitum; quia beatitudinem illam meretur: item peccatum veniale etiam erit infinitum; quia incompossibile est cum beatitudine. Deinde negari potest, beatitudinem esse finitam: quia, licet DEUS, qui est

objectum beatificum, sit infinitus, tamen eius possessio est tantum finita, quamvis sit sine fine duratura, ita Haunoldus l. 4. v. 1. n. 30. & alij.

Quodsi etiam dicas, peccatum mortale mereri annihilationem peccantis, etiam ista non esset infinitum malum; quia esset tantum destruictio rei finita. Addo, carentiam boni non esse tantum malum, quantum est bonum, quo caretur, nisi habeatur ad illud bonum, aut absolute (ut in statu pure naturæ haberet homo ad beatitudinem naturalem) aut ex suppositione, quod alterum non possit haberi, & hoc sit suplementum illius alterius: qua ratione homo nunc habet ius, vel exigentiam ad beatitudinem supernaturalem; & hinc istius carentia videtur damnato esse tam mala, quam ipsa beatitudo est bona: vel certè, si ista carentia non est omnino tam mala, sed saltem tam mala, quam infelicem reddit carentem.

Dices 2. Debet prius eligi carentiam unionis hypothisticae, & beatitudinis infinitæ, quam eligatur patratus peccati mortalitatem: ergo hoc est maius in sua linea malum, quam omnia alia in sua linea sint bona: adeoque est infinitum malum. Resp. 1. iterum retroquando argumentum in peccato veniali, in forma neg. conf. Ex eo, quod peccatum sit minus eligibile, quam carentia omnium illorum bonorum, non sequitur, quod sit maius malum: sed tantum sequitur, quod DEUS semper habeat ius ad illud prohibendum, illudque actu prohibeat. Sic, etiam si leve mendacium possem impidere longe majora peccata, non licet mentiri, sed debeo potius illa permettere, quamvis sint longe peiora.

ARTICULUS III.

An Pura Creatura possit condigne satisfacere pro Peccato Mortali, vel Veniali.

311. Supposita priore sententia, quae dictum est, malitiam peccati mortalitatem non esse infinitam, queritur ulterius, an non pro finita offensa potuisse pura creatura satisfaci. de condigno, ponendo satisfactionem in suo genere tantam, quanta in suo genere fuit offensa: vel an necessaria fuit, ad habendam condignam satisfactionem incarnationis Filii DEI. Ibi tamen nota, per incarnationem latè sumptuosa: intelligi assumptionem cuiuslibet naturæ creatæ rationalis; nam si Verbum volueret assumere naturam Angelicam, in ea quoque potuisse mereri: quin etiam pati, non quidem sensibiliiter; cum non habuisset tunc corpus: sed tamen spiritualiter, quo modo etiam potest pati Angelus, ut patet in demonibus. Queritur autem de satisfactione condigna, seu, ut vocant, de condigno, sive, que sit aequalis offensa: non de congrua tantum, sive de congruo, que non esset aequalis offensa, sed tantum talis, ut ea postea aliquo modo deceret summum bonum, & liberissimum DEUM, offendam condonare: quamvis,

tate ejus, cui obsequium fit. Hoc iterum est cuivis à posteriori notum; longè enim minus admittunt obsequium rusticorum erga regem, quam regis unus erga alterum, aut etiam regis erga rusticum. Sic, quod rusticus regi obviam eat, parum putatur: at multum, si unus exalteri: & plurimum, si rex subditu suo obviam eat, vel cum invaserit.

312. Notandum hic discrimen inter offensas. Alia est offensa latè sumpta, sive realis, quando aliqui dammum infertur in bonis realibus, e. g. per furum. Alia autem est offensa strictè sumpta, sive personalis, quando aliquis inhonoratur. Honor autem est exhibitor reverentie, vel profectio excellencie alterius; hinc in honoratione committitur, quando quis irreverenter se gerit erga erga aliquem, non exhibendo ei debitam reverentiam, vel eum positivè contempndo: qua ratione tollit quasi professionem excellencie alterius, & contrarium quasi profiteretur.

Convenit quidem sepe utraque haec offensa in unam, e. g. quando fit rapina, seu aperta spoliatio iusti possessoris, per vim apertam, personæ ipsius illatam: est tamen inter eas magnum discrimen: offensa enim realis, sive facta in bonis fortuorum, non crescit ex dignitate personæ offensis; sive enim regi, sive rustico furens centum florenos, utriusque satisfaci, furestis eosdem centum. Et per etiam eis ratio (at Gormaz de incarnatione. n. 270.) in bonis famæ; quia cuique debet restituiri fama, & non aliud.

313. At vero offensa strictè sumpta, sive personalis, crescit ex dignitate personæ offensis, ita, ut quanto excedit dignitas personæ offensis statum personæ offendientis, tanto maior sit offensa. Certè res hoc à posteriori est lumine naturæ clara; longè enim major offensa est, si rusticus alapam iniugat regi, quam alteri rusticó: & minor est offensa, si rex persecutus rusticum, quam si unus rusticus alterum. Hinc Aristoteles 5. ethic. c. 5. ait: Si magistratus quis generis percusserit, reperciendus non est: si autem magistratum gerentem quis percusserit, non solum est percussendus, sed supplicio insuper afficiendus. & S. Thomas 3. p. q. 1. a. 2. ad 2. ait: Tanto enim offensa est gravior, quanto maior est ille, in quem delinqutio.

314. Ratione à priori discriminis hujus inter offensas, realem, ac personalem, dat Gormaz de incarnatione. n. 271. Injuria, ait, seu offensa in bonis fortuorum, attingit tantum bona externa: offensæ in bonis famæ tantum attingit opinionem aliorum, que sunt aliquid extrinsecum offensi, & distinctum a dignitate ejusdem: adeoque haec offensa non crescentem dignitate offensi: at verò offensa in honore, seu in honoratione, attingit ipsum immediatè dignitatem personæ, que est bonum, moraliter latenter intrinsecum offensi: adeoque haec offensa attingit immediatè personam offensi, ejusque dignitatem, & consequenter crescentem dignitatem etiam ipsa crescit. Hæc ratio bona est, servitque pro aliqua explicazione rationis superioris, à posteriori date, que sola sufficientissima est.

Sicut autem offensa crescit ex dignitate offensi, ita obsequium (& consequenter etiam meritum, atque satisfactio, que nihil est aliud, quam obsequium meritorum, exhibitum in compensationem offensi) decrevit ex dignitate

exemplum. & serm. 12. de passione: *Quia ergo primi hominis univerſa posteritas uno ſimul vulnere fauiciat corruerat, nec uilla Sanctorum merita conditionem poterant illata mortis evincere, venit ē calo medicus singularis.*

S. Augustinus in *enchryd.* c. 103. sic habet: *Negre per ipſum liberaremur unum mediatorem DEI, & hominum, Christum JE-SUM, niſi eſſet & DEUS.* S. Basilus homil. in psalm. 48. & illa verba v. 8. *Frater non redimit, redimes homo:* sic scribit: *Negre enim fratrem in redempcionem queris, sed unum aliquem, qui noſtrum excuperet naturam.* Non item hominem natum, ſed hominem DEUM IESU CHRISTUM, qui ſolus pro nobis omnibus DEO propitionem dare potest. S. Athanasius de passione, & cruce Domini, longe ante medium, de Christo ait: *Sed, cum videbas malitiam intolerabiliem, negare mortale genus idoneum eſſe, quod mortis refiſceret, neque panam fiorum malorum perſolvere poſſe &c.* S. Cyrillus Alexandrinus de recta fide ad reginas, cap. v. 6. cui titulus. *Quod redempti ſimus, & conciliati,* ſe scribit: *Jam quomodo non DEUS Christus, ſapientiam, & ſanctificationem, & redemptionem nobis largiens?* & cap. seq. Sed, ſi quidem ut homo communis intelligeretur Christus, quomodo corpus ejus ad repondendam omnium vitam ſufficeret? At, ſi DEUS fuit in carne, qui dignifimus, ſufficiens ad redēptionem totius mundi per ſuam ſanguinem merito fuerit. videatur Valquez tom. 1. in 3. p. diſp. 4. c. 3. ubi adhuc longe plura afferit SS. Patrum testimonia, Cypriani, Irenaei, Fulgentij, & aliorum.

Non autem dici potest, SS. Patres tantum velle dicere, quod pura creatura, hoc eft, reliqua in puris naturalibus, ſine gratia supernaturali, non poſſit ſatisfacere; nam, etiā creatura habeat gratiam, etiam copiosissimum, non propterea eft DEUS, nec habet Divinitatem, quam tamen SS. Patres requirunt in citatis textibus, ad condignam ſatisfactionem. Sed nec dici potest, SS. Patres tantum loqui de ſatisfactione ſuperabundanti, cum enim loquantur de illa, qua indigebamus, loquuntur de neceſſaria. Nec etiam loquuntur de ſatisfactione ex iuſtitia rigorola; eft enim valde dubium, an illa etiam à Christo poeturari: nec auctores, qui eam adiungunt, ex his textibus opinionem ſuam probant: nec SS. Patres iuſtitia faciunt mentionem, ſed tantum loquuntur de ſatisfactione ſimpliciter, ſe condigna.

3:8. Probatur conclusio 2. ratione. Satisfactione condigna debet eſſe tam affimabilis in ratione obſequij, quam affimabilis eft offendit in ratione offendit: ſed talis satisfactione non poſſit haberit à pura creatura, respectu DEI graviter offendit: ergo, major eft conceperus satisfactionis condigna, ab omnibus admissus. mi. prob. obſequium creature decreſcit ex dignitate DEI, & contra offendit DEI creſcit ex eadem ratione, ut expliqutum n. 313. & 314. ergo nunquam poſſunt coagari; quia, quantum offendit creſcit, tantum

obſequium decreſcit. Confirm. 1. Infinita etiam obſequia creaturarum ſunt quasi nihil respectu excellentie, & dignitatis Divinae, quae eft ſimpliſciter infinita; nam ex lumine naturae statim patet, eſſe quid valde parvum, exhiberi obſequium infinita dignitati à creature finita, & respectu nihil diffimilanda. Econtra ex eodem capite infinita dignitatis Divina patet, quid quavis offendit DEI ſit aliquid valde magnum; nam valde magnum eft, infinitum DEUM offendit graviter à creature, que respectu DEI eft viſillimum quid, & vix non nihil: ergo obſequia creaturarum erga DEUM non poſſunt adæquare offendit. DEI.

Confirm. 2. Offendit gravis DEI eft major, quād quavis offendit alteri creature: & econtra obſequium prefuit DEO, etiam maximum, eft longe minus respectu DEI, quād quodvis obſequium, etiam minimum, creature exhibitum ſit respectu iſtius, propter infinitam eminentiam DEI: ſed non poſſet injuria gravis, alteri creature illata, compenſari per quodvis minimum obſequium: ergo nulla gravis offendit DEI poſſet compenſari per obſequium etiam maximum cujusvis creature. Confirm. 3. Juxta judgmentum prudentium, offendit DEI non minus excedit obſequium pura creature, quam actus supernaturalis actum naturalem: ſed actus supernaturalis non poſſet adæquare in ratione meriti supernaturalis per quoſcumque etiam intenſos actus naturales: ergo nec peccatum per ullum obſequium ullius pura creature.

3:19. Sed quārū ulterius hic poſt, an, licet pura creatura non poſſit ſatisfacere de condigno pro peccato mortali, poſit tamen meriti de condigno remiſſionem ejusdem. Huic quæſitioni occaſionem dedit Ripalda tom. 2. de ente ſupernat. l. 4. diſp. 96. ſec. 4. n. 40. ubi afferit, poſſe juſtum meriti de con digno peccatori gratiam iuſtificantem cum remiſſione peccati, cui teſte Gormaz de incarn. n. 204. conſentient aliqui, ſed ſane pauci. Volunt autem iſti authores, plus requiri ad ſatisfaciendum pro peccato, quam ad merendam ejus remiſſionem; diſerunt enim inter ſe (ajunt hi authores) ſatisfactione, & meritum; nam illa exhibetur ab offendente, qui eft debitor, & reſpicit offendit, atque, ut fit condigna, debet eſſe aequalis offendit: at verò meritum exhibetur à merente, qui eft creditor: & ut fit condigna, debet tantum eſſe aequalis præmio: ait autem Ripalda, non eſte tam bona remiſſionem peccati (qua eſt præmium meriti) quam malum ſi ipsam peccatum: cujus aſertions rationes aliquas aſſeremus in objectionibus.

Docent autem hi auctores tantum, poſſibile eft in alia providentia, ut quis mereatur alteri remiſſionem peccati: non autem docent, id fieri poſſe in hac providentia; cum enim ex praefenti ordinatione Divina, & decreto DEI meritum juſti totum impendatur in promerenda ſibi ipſi de condigno gratia, & gloria, jam merens accipit condignam mercedem, & præmium, ſcilicet gratiam propriam: adeoque non meretur ulterius de

An Pura Creatura poſſit condigne ſatisfacere pro Peccato Mortali, vel Veniali. 95
condigne etiam alienam: quid autem poſſit mereri de congruo dicemus n. 322. &

323. 320. Dico 2. cum Oviedo tr. 9. de merito, controver. 7. paſt. 5. n. 58. Gormaz de incarnat. n. 303. & communiter aliiſ.

Non poſſet creature pura, etiam in alia providentia, mereri de condigno alteri remiſſionem gravium peccatorum. Non dico, non poſſe aliquem mereri in alia providentia alteri augmentum gratia; nam, ut Oviedo loc. cit. n. 60. habet, non videtur id repugnare; quid enim iuſtus nunc ſibi ſoli de condigno poſſit mereri gratiam, videtur non aliunde haberi, quād ex ordinatione Divina: ſi igitur DEUS res aliter ordinaret, & non vellit ipsi merenti determinatè applicare præmium: fed reliqueret in merentis arbitrio, ut poſſet, vel ſibi, vel alteri, vim meriti ſui applicare, non videtur, cur non poſſet quis alteri jam iuſto mereri de condigno augmentum gratia: at non ita peccatorum, in quo gratia ſimiliter ſit remiſio peccatorum.

321. Probat. conclusio 1. SS. Patres citati n. 317. abſolue docent, non poſſuſe Chriftum nobis afferre remedium, niſi fuſſit DEUS: ſed hoc eſſet falſum in oppoſita lenientia: ergo, ma. patet ex textibus ibi allat. mi. eft clara: quām enim, ifi Chriftus non fuſſit DEUS, non poſſuſet, juxta hanc lenientiam afferre remedium per viam ſatisfactionis, poſſuſet ramen id afferre per viam meriti.

Confirm. In peccatore peccatum reſiſtit exigentia meriti, petentis remiſſionem: ſed, ubi adefit refiſtentia, requiritur tanta, vel major viſ ad expellendum impedimentum, quanta eft hujs refiſtentia: ergo meritum debet habere, ſaltem tantam vim, ſeu bonitatem, quantam habet refiſtentiam, ſeu maliſtiam peccatum. ma. eft clara. mi. videtur innegabiliſ: certe, ſi cauſa aliqua vult introdūcere aliquam formam in ſubiectum, debet habere tantam vim expellendi priorem formam, quam vim habet ita refiſtendi; unde, quāmvis concedatur, quid quis alteri iuſto, qui non habet impedimentum, poſſit in alia providentia mereri augmentum gratia, ut doceat Oviedo loc. cit. n. 5. preceſ. non tamen ſequitur, quid etiam poſſit mereri gratiam peccatoris.

322. Dico 3. Poſt homo mereri de congruo remiſſionem peccati gravis. ita Suarez tom. 1. in 3. p. diſp. 4. ſec. 8. ſ. Diſco quartuſ. Oviedo tr. 9. de merit. controver. 7. paſt. 3. n. 42. Bellarmino, Valquez, & communis Theologorum, qui communiter admittunt, peccatorem, per actum perfecte contritionis, mereri de congruo remiſſionem peccati. & Suarez loc. cit. doceat, cum etiam imperfecte, ſeu (ut ait, alios loqui) de congruo ſatisfacere. Prob. conclusio 1. ex Patribus. S. Augustinus epif. 105. non valde longe ab initio ait: *Sed nec ipſa remiſſionem peccatorum ſine aliquo merito eft, ſi fides hanc imperat; neque enim nullum eft meritum fidet, qui ſide ille diebat: DEUS propitius eſto mihi peccatori: & deſcen-*

Multo magis autem poſt homo iuſtus alteri peccatori gravi mereri de congruo remiſſionem peccati, vel gratiam expulſi- vam peccati, ut probat Oviedo tr. 9. de merit. controver. 7. paſt. 5. n. 57. & communiter affluerunt doctores, dum docent, non poſſit mereri de congruo omne id, quod cadit ſub imperationem: cadit autem ſub iſam conuerſio peccatorum, ſaltem, quæ ſit ordinario modo, ut ſcilleat à DEO effe cacteri moti, ſe disponant ad gratiam, eamque deinde recipiant: quāquam hic effe- cius meriti non ſit infallibilis, coipſo, quid tantum ponatur eſſe meritum de congruo.

324. Dico 4. Poſt probabilitus homo. iuſtus, iuſtriclus gratia, condigne ſatisfacere pro peccato veniali. ita Suarez tom. 1. in 3. p. diſp. 4. ſec. 9. ſ. Dico tamen primo, citans etiam S. Thomam. Valquez tom. 1. in 3. p. diſp. 3. c. 3. n. 16. Gormaz de incarn. n. 204. Lugo de incarn. diſp. 5. ſec. 7. n. 128. & hoc teſte communis. Dixi, iuſtriclus gratia; nam carens gratia in hoc ſtatuto elevationis, ſeu peccator, & inimicus DEI, nihil poſſet praſtare acceptum DEO, ita, ut accepetur pro ſatisfactione: in modo ratione peccati mortalis meretur, ut ejus a- ciones non ita accepetur.

Si vero homo consideretur in statu pure naturali, Lugo *cit. disp. n. 132.* admittit, cum quidem physicè posse satisfacere pro veniali, non tamen moraliter: sed Suarez *cit. sec. 6.* Prima ergo sententia. omnino contrarius est ei opinioni, aitque, eam esse valde falsam. Sed & Lugo *loc. cit. n. 134.* ait, DEUM in hac providentia, & statu naturæ lapsi, non attendere ad actus tantum naturales. Verum neque de tali homine nos loquimur, sed tantum de iusto gratia instruto, & pro suo proprio peccato veniali satisfaciens, non pro alieno; nam iterum Lugo *cit. disp. 5. sec. 8. n. 154.* putat, in hac providentia pro peccato veniali alieno satisfaciens non posse, quem ibi vide. Loquimur autem de satisfactione pro reatu culpe; nam pro reatu poena omnes concedunt, hominem iustum satisfaciens posse.

325. Probatur conclusio ratione Suarezii. Peccatum veniale non est propriæ offensæ DEI, & injury, sed ad summum aliquo modo analogice; unde unum mortale major est offensæ, quam venialis infinita: ergo peccatum veniale non ita crescit ex dignitate DEI offensis, ut sit in superiori ordine, respectu omnium obsequiorum, quæ creatura potest DEO exhibere. prob. antec. non est rigorosè offensa illud, per quod offensi gratia non amittitur, ut ait Gormaz de *incarnat. n. 294.*: ergo. Confirm. hac probatio antecedens 1. Peccatum veniale non est propriæ contra DEUM ut ultimum finem: sed tantum est contra aliqua media ad illum ducentia: nec avertit à DEO, sed tantum ab eo retardat: ergo non est offensa DEI. Confirm. 2. Licet peccatum veniale sit contrarium voluntati DEI, e. g. verbum otiosum, tamen rigorosè loquendo cum non offendit: sicut, si præceptor discipulum jubeat attendere explicationi, & iste semideliberate aliquantum non attendat, nemo dicit, talem puerum propriè offendere præceptorem, sed tantum esse inobedientem: ergo vide etiam *tract. de peccat. n. num. 111.* &

326. Ob. 1. Sicut peccatum auferit DEO honorem, & rationem ultimi finis, ita actus charitatis eam reddit: ergo fit compensatio. Confirm. 1. Actus charitatis deler peccatum mortale: ergo est æqualis compensatio. Confirm. 2. Actus charitatis quoque crescit ex dignitate objecti: ergo etiam potest crescere ad æqualitatem offensis. Resp. diff. ant. actus charitatis reddit DEO rationem ultimi finis materialiter. om. ant. formaliter. neg. ant. & conseq. Si quis per vim eriperet regi purpuram, & deinde eam rursus redederet, etiam restituere materialiter, quod absulit: non tamen compensaret injuriam; quia nondum restitueret ablatum honorem: nec satisfaceret pro injuria.

Ex his ulterius inferatur, quod, cum peccatum veniale non sit offensa, adeoque non crescat proportionaliter ad dignitatem offensis, sed tantum crescat proportionaliter ad medium, seu virtutem, cui contrarium est (e. g. maius est peccatum leve contra

charitatem proximi, quam contra tempestantiam) infertur, inquam, quod sit adæquabile per actus virtutum, præfertim charitatis Theologicae, (ut ait Suarez *loc. cit. num. 324.*) qui attingunt DEUM ut ultimum finem, animamque perfectæ, ac totaliter ad DEUM convertunt.

ARTCULUS IV.

Solvuntur Objectiones.

326. Ob. 1. contra 1. conclusionem. Bonitas meritorum, seu æquum bonorum, est major, quam malitia demeritorum, seu peccatorum: ergo possunt ista per illa ad æqualitatem, seu condigne, compensari. antec. prob. bonitas gaudiorum æternorum, quæ sunt præmium correspondens meritis, est major, quam malitia, seu penitentia suppliciorum, etiam æternorum, quæ sunt poena correspondens demeritis: ergo etiam bonitas meritorum est major, quam malitia demeritorum. Resp. neg. antec. ad prob. neg. conseq. Præmium est finis meritorum: ergo potest esse maius meritis in suo genere; quia finis potest esse melior, quam media, quia ad eum obtinendum adhibentur: & maximè potest DEUS, cum finem meliorum pro sua magnificentia, & dignitate infinitis, in præmium offerre.

At vero supplicium non est finis peccatorum, sed est medium, quo DEUS nos vult a peccatis detergere; unde non debet esse tanta malitia, quanta est peccatum, modò afferat majorem dolorem; hinc non omni eodem modo se habet, ut meritum ad præmium, ita peccatum ad supplicium. Eadem responsio danda est, quando dicuntur, magis DEO placere merita, quam displiceant peccata; cum major est ob illa gloriam, quam ob haec infligat poenam; negatur enim istud ex eadem ratione, nempe, quod gloria sit finis, non autem pena.

327. Ob. 2. Sicut peccatum auferit DEO honorem, & rationem ultimi finis, ita actus charitatis eam reddit: ergo fit compensatio. Confirm. 1. Actus charitatis deler peccatum mortale: ergo est æqualis compensatio. Confirm. 2. Actus charitatis quoque crescit ex dignitate objecti: ergo etiam potest crescere ad æqualitatem offensis. Resp. diff. ant. actus charitatis reddit DEO rationem ultimi finis materialiter. om. ant. formaliter. neg. ant. & conseq. Si quis per vim eriperet regi purpuram, & deinde eam rursus redederet, etiam restituere materialiter, quod absulit: non tamen compensaret injuriam; quia nondum restitueret ablatum honorem: nec satisfaceret pro injuria.

Non aliter se habet restitutio, quam DEO facit peccator per actum charitatis; nam talis peccator materialiter quidem restituit DEO rationem ultimi finis, agnoscendo, & amando eum, tanquam ultimum finem: sed non restituit formaliter, per a-

ctionem compensativam injury, ad æqualitatem; quia actus charitatis, qui est in linea obsequii, non potest esse æqualis peccato gravi, quod est in linea offensæ. Ad 1. confirm. diff. ant. actus charitatis deler peccatum ex magnitudine sue bonitatis, & æqualitate cum peccato. neg. ant. ex benevolâ voluntate DEI, & misericordiæ promissione. conc. ant. & neg. conf. Ad 2. confirm. diff. ant. actus charitatis crescit, ita tamen, ut semper maneat in linea inferiori obsequii. conc. ant. ut exeat ex hac linea. neg. ant. & conseq. Crescere etiam potest equus in sua linea, quin fiat homo: & potest etiam crescere peccatum veniale, quin unquam fiat mortale.

328. Ob. 3. Tantum placet DEO actus præceptus, quantum displicet ejus omnis: ergo actus meritorius est tam bonus, quam malum est peccatum. prob. ant. displicere omissionem est nolle eam existere: sed nolle existere omissionem est velle existere actum: ergo DEUS in tantum non vult existere omissionem, in quantum vult existere actum: ergo tantum vult actum, seu placet illi actus, quantum displicet ejus omnis. Confirm. Transgressio legis, si haec non sit lata in utilitatē principis, non est offensa principis (nam debet esse discrimen inter puram inobedientiam, & contemptum legislatoris) atque leges DEI non sunt latae in utilitatem DEI: ergo transgressiones legum Divinarum non sunt offensæ DEI.

Resp. neg. ant. ad prob. diff. ma. displicere omissionem est præcisè eam nolle existere. neg. ma. est nolle nolitione commensurata ejus magnitudine. conc. ma. & diff. proportionaliter. mi. neg. conf. DEUS quidem nolendo omissionem vult actum: sed nolito omissionem est major, ut ita dicam, quam volitus actus; quia illa etiam est maior, quam iste. Ad confir. diff. ma. nisi transgressio fiat in praetexta principiis, prohibentis aliquid sub intermissione iniurias suis, adeò, ut transgressio sit conjuncta cum virtuali falesti contemptu amicitiae. conc. ma. si fiat in eis praefixa, & neg. ma. & om. mi. neg. conf. Potest etiam distingui mi. leges DEI non sunt latae in utilitatē DEI intrinsecam. conc. mi. in extrinsecam, five ad eis honorem, & bonum majestatis ejus, quam DEUS non vult contemni, sed coli. neg. mi. & conseq.

329. Ob. 4. Qui facit, quantum potest, satisfacit ad æqualitatem: atqui hoc potest facere pura creatura: ergo. Confirm. 1. Qui facit, quantum potest, satisfacit obligationi gratitudinis, quamvis non adæquat beneficia: ergo etiam, qui facit, quantum potest, satisfacit obligationi satisfaciendi pro peccatis. Confirm. 2. Potest homo pro peccato mortali satisfaci: ergo etiam satisfaci. Resp. neg. ma. Talis quidem per accidens hic, & nunc, non potest urgeri ad plus faciendum ob impossibilitatem: potest tamen urgeri ad plus patientendum.

Ad 1. confirm. neg. conseq. Obligatio gratitudinis, non tendit ad beneficia ad-